Causa Rei ut varietatis in densitate aeris in quo soni difficilior motus quo densior est. ex simili motu reflexi in sono et ex motu undarum aquae veritas est à clarissimo Delair varia pondera inter aerem et aquam fuit enim observatum ab ipso in fonte circulari cuius diametri erat 12 pedum in dita à limbo quinque pedum proiecto lapide in aquam, hunc tempore 5" ab illo dimidio unde aquae motus sunt per spatium 12 pedum et aequali tempore observatae sunt valde undae aequales dictae perfectae. Insuper observavit nullas esse dictas 11 lapides erant diversae magnitudinis. unde ex observationibus motus undarum aquae, et aeris facile inventum fuit ab ipso pondera varia inter aquam et aerem, facta hypothesi unda aerea in sono 1" percurrere pedes 1060. cong. nervus erit aerea unda percurrere 763 pedes eo tempore, quo aquae unda unus tantum pedes percurrit, quae varia à circiter eadem, quae inveniuntur inter aeris et aquae pondera, scilicet ut 1 ad 763. et haec dicta sint satis.

De effectibus aeris in corpore humano mechanice demonstratis. De proprietatibus aeris.

Istas Leges hydrostaticæ de proprietatibus aeris anno elapso actas esse, in presenti no numeris nostri 22 anno se: o optimo fauente de effectibus aeris in corpore humano easdem methodo mechanica tractandas proponis. In primo enim cap.° demonstrans: nates machinæ, quibus natantis in mutationibus gravitatis, elasticitatis et pressionis aeris existentis ~~ad~~ intra quas extra corpus humanum. In 2.° c.° assignans. Causas et effectus mechanice humanæ pressionis ab ebria vones sive proportiones unius ad alium ab eadem quas diversis temporibus. In 3.° c.° effectus mechanice gravitatis aeris in nostris singulis humoribus demonstrans, et qua vone ipsorum gravitas ob mutationes gravitatis aeris mutatur. In ultimo cap.° assignans effectus pressionis aeris in partes solidas humanæ corporis et in qua vone istorum pondera crescant aut decrescant.

Subditus igitur huius anni è corpus nostrum, proutcon: tinuo in eo causa pressionis et gravitatis aeris mutam 3 humores et partes solidæ. Hæc doctrina non solum est utilis, sed ita necessaria, et quisq: ex meis auditoribus sanitatem quæ huius conservare et si ab ipso deficiat corpus ægrotus ad pristinam sanitatem restituere potest, quod quisq: rectius efficere nequit nisi accurate cognoscat aerem sua gravitate, pressione et elasticitate quæ cum: tom: pro momento in singulis partibus sui corporis causare obs: ervat mutationes et phænomena quæ quotidie observant in corpore sano, aut morboso quod aer sit sanitatis et morbo: rum causa fuit ab antiquissimis, et doctissimis medicis cognitum. Avicenna definivit aerem esse nostrorum corpo: rum et spirituum alimentum. Galenus affirmat aerem esse pestem et morborum causam. et Hippocr: lib: de aere n: cit quod aer est causa vitæ et mortis; et lib: de flatib. n.° 5.° ab eodem observatum fuit, quod aer sanis maximus est

in omnibus, quæ corpori accidunt et Author, et Ortus, quo opere pretium est potentias diligenter perspicere. et eodem lib: nº 6. affirmadeit mortalibus aeris vitæ et morborum erroris solus ipse est Author. et in fine eiusdem lib demonstrando concludit omnes morbos et hoc scilicet ex aere omnibus corporibus innascis ac generari. ob hanc vero Divinus Senex in principio libri de aere egregiè docet, quodquicunq: artes medicas integrè assequi debet primo quidem temporis anni vere habere debet quandas potentia quodlibet eorum. non enim simile quidquam in illis existit; verum differunt inuicem ob varietatem, quæ in eis fiunt mutationes.

Caput 1um

Assignantur causæ ob quas gravitas, pressio et elasticitas aeris existentis in corpore humano nimbanz et effectus producit in humoribus. Ratio mechanica per quam aer inspiratus, aut expiratus per os humani corporis sumus à nobis anno transacto fuit demonstrata et præcipue ostensum fuit aeris suo pondere descendere in pulmones, et eius innumerabiles vesiculas, quibus componuntur, tum etiam ortum fuit dependentes ab experientia Regiæ elasticitatem aeris expirati hæc momentum 60 lib: et 2um Legem Æquilibrij explicabamus. sunt etiam alia phænomena, quæ observantur in aere inspirato, et expirato. Hunc ut in hoc primo cap: explicandæ sunt propriietates aeris occupantes reliquas humani corporis partes, ac solidas, quam fluidas.

Propositio I Ad Cavitates corporis hum ad vitam conservandam nequaquam sunt plenæ aere, qui transit per poros, et reliquas foramina cuiusq humani:

Quoniam fuit demonstratum in cap: 2º de propriietatibus aeris aeres externus continuò suo gravitate et elasticitate premere nostra corpora tanto pondere quantum è pondus mercurij contenta in fistula Torricelliana cuius basis sit æqualis superficiei humani corporis, et altitudo sit digitorum 28

digit: 28. conz. necesse erit cavitates thoracis aere esse
plenas, aliz. deberet sustentare ex parte exteriori pondus,
et pressione lib: 367 facta hypoth: qd superficies externa
thoracis sit sexquipedalis, varis è, qd. mercurius in fistula
torricelliana, cuius altitudo est digit: 28 et basis sit uni:
us pedis cum dimidio, tunc talis mercurius est ponderis libra:
367. tanto n: pondere costæ et pectoris ossa necesse est
cederent nisi aer interior sua elasticitate, pressione de
ponderet obstaculis facerent, eadem rone mechanica oes
alis cavitates corporis sui aere necesso debent esse pleni
ob hanc Legem mechanicam minimas molestias sive pres:
suras aeris exteriori sentimus; Insuper debemus adver:
tere cum aer ambiens non eandem semper servat ponde:
ritatem, et elasticitatem, nec etiam aer inclusus debet eam
de ponderositate et elasticitate servare; igiz oportet
inter aerem interiorem et exteriorem humani corporis esse com:
municationem sicut aditus, ad hoc ut equilibrium servetur
inz. ita duo fluida aeris exteriori et interiori talis
communicatio habet per cuius foramina et per eos
poros innumerabiles ex quibus componiz; aliz. à diffa
ponderis aeris exteriori et interiori partes sui corporis
facerent. ex: si aeris externi pondus premens thoracis
costas esset ultimus per per quintas sui partes à pondere
aeris interni; quibus n: pars lib: 367 sunt libræ 73
et unciæ 5 circiz; ergo premerent costæ ex parte inte:
riori pectoris momento libr: 73 et unciar: 5, plusquam est
momentum aeris exteriori prementis easdem costas minori
momento 5.e partis libr: 367; scilicet momento lib: 293,
et unciarum 7 et demonstratum fuit in mechanica: un:
de talis diffa pressionis aeris interioris et exteriori esse val:
de sensibilis, quod è contra ex experientia. eadem methodo
inuenienda est in his cuiuscumq: cavitatibus corporis huma:
ni determinata quantitas pressionis aeris interni et ex:
terni ex eadem meth.o demonstrata. oes alias cavitates corporis
humani esse aere plenas. Insuper oes poros et foramina

cubij nvq esse communicone inq: aere interiore et exte
riore corporis humani. qd erat demon:

Propositio 11

Aer externus per poros, et alia foramina cubij hujus in
tras partes penetrans si frigidus est, reddit corpus gravior
si calidus minus gravem.

Quoniam tunc corpus humanum fit gravius, quando
in eo introducuntur corpora habentia maiorem gravitatem specu
ficam, et expelluntur eodem tempore ab eo corpora minoris grav
itatis specificae, ut aer frigidus introductus ob defectum igniculorum
in ipso ex maiori gravitate specifica, et eodem tempore ob
leges mechanicas aer calidus habens minorem gravitate
specificam excludit a corpore huno. Cons: evidens est corpus
humanum per intromissionem aeris frigidi gravius fieri et
quo frigidior est, eo ponderosius reddit corpus humanum
et e contra quando in corpore uno introducuntur notabilis
nus ignicularum, qui sunt mixti cum aere calido tunc cor
pora una minus ponderabunt: ignicuili enim cum in
se habeant minimam gravitatem specificam, inde è qd hi u
niti alijs minimis partibus uni corporis habentis magna
gravitatem specificam, ita partes calidae erunt minoris
gravitatis specificae quam antea, ex tali mixtione gravi
tatis, ita partium plurium, quam solidorum, innumeri effe
ctus in corpore humano tam sano, quam egroto producun
tur.

In hac propone supponit: id, quod fuisse demon
stratum fuit ibi per ratiocinationes antea transacti aeres
calidus, aut frigidus, tam extra quam intra corpus humanum
non solum ad vitam alitur necessario, verum etiam ad ordinem
minoris nr. ignicularum, et etiam demonstratum fuit ca
lores aeris frigidus non solum in aere, verum etiam in quocum
que solido, aut fluido consistere in mai, aut minori
nr. ignicularum, qui continuo in aere vibrant: et solem
nel ab alijs corporibus combinentibus intra ipsorum poros

igniculos oppressos, velut ab igne contento in mixcentur
dellum; ex tali maiori, aut minori nº igniculorum in ae
re disseminabi et mixti partibus minimis aeris ob legem
mechanicam aer fit rarior, et minus ponderans, quo minus
igniculorum è maior, densior ue magis ponderosus, quo
ning igniculorum è minor, et qt. hi igniculi continuè
accedunt et recedunt ab aere, qui solus accessus et recessus
vel ab aliis causis terrestres; inde est aer varius in corpore
ro, quia extra continuo mutari, ut in gravitate, quia in ca:
liditate et frigiditate. quo n: ning igniculorum aeris existentis
ut intra quia extra corpus humanum est equalis no igniculo:
rum altering aeris, cæteris paribus, tunc ex quantitate aeres
remanent immota. quod calide, vel equè frigide, et eiusdem
gravitatis specifice habentes equales pressiones; si ue ning
igniculorum in uno aere sit maior quia ning igniculorum
in alio singulae quantitatis, cæteris paribus, tunc aer habens
minores ning igniculorum ue est aer inspiratus in humano
corpore sursum expellit aere habentes maiores ning igniculo:
rum, ue est aer expiratus tanta velocitate, quanta est dif:
ferentia ing. igniculorum ning, ut fuit demonstratum in tractatu
de proprietatibus aeris.

Hoc ipsum verificat. in duabus partibus aeris nevi
ceria in humoribus ning, quorum partes minus calide ha:
bentes minores ning igniculorum, et conz. maiore gravitate
specifica expelluntur alias partes eiusdem humoris calidiores
habentes maiores ning igniculorum et conz. minore grani:
tatem specificam tanta pressione, et ui, quanta est diffe:
rentia ing. istarum partes eiusdem humoris in gravitate specifica;
quae diff. ortz. causa maioritatis, aut minoritatis igniculo:
rum.

Supponitz. 2º, aeres sua elasticitate quaquaversus
premere alia corpora, sive fluida sive solida sive in:
tra corpus humanum, sive extra, et ipsis commiscere et
precipue fluidis, et ning humoribus; ex qua mixtione
partes minimae humorum acquirunt maiores gravitates

specificas et aer inclusus ita dilatari sit suam vi elasticae,
ut hae minimae compositae ex aere dilatato, et minimis
partibus humorum sint in minori gravitate specifica,
quam est gravitas specifica aeris ut experientia constat, si
in aqua mixta sapone aer in eo inclusus ita dilata-
tus sit, ut mediante viscositate olei extendat aqua in
varios globulos vi elasticitatis aeris inclusi qui itera-
vesci, sic hi minimi globuli quorum superficies sphe-
rica constat ex aqua mixta sapone et aere interno
varefacto sint in tali gravitate specifica, quam est gra-
vitas ambientis aeris, tunc aer ambiens ob tales ita
minores gravitates sursum expellit istos globulos compositos
aqua viscosa et aere interno varefacto. ita pariter aer
in corpore humano mixtus partibus minimis humorum
ita dilatari sit, ut istorum minimae partes includentes aerem
dilatatum componunt globulos quorum superficies sphaerica in
humorum partes minimae externae et mala interna sit aer
varefactus istos globuli si sint in minori gravitate specu-
fica non solus, quam est gravitas specifica aliarum par-
tium humorum; sed verum etiam, quam sit gravitas aeris existen-
tis in corpore humano, statim ob leges hydrostaticae hi
humorum globuli pleni aere varefacto non solum a baliis
partibus gravioribus humorum, verum etiam ab ipsomet
aere interno gravioribus extenius per poros, et reliqua
foramina cutis extra corpus humanum expellunt. tanta
vi, quanta est differa ponderis inter istos globulos, quorum
superficies sphaerica inter partes minimas humorum di-
latatas a pressione aeris interni, et inter alias partes hu-
morum vel aere existentes intra corpus humanum.

Propositio III

Gravitas, pressio, et elasticitas aeris prementis, tam partes
corporis humani externas, quam internas continuo mutatas
quemadmodum in tractatu de proprietatibus aeris praesertim demon-
stratum fuit vond et experimento torricellano aeris gravi-
tare, de premere ita corpora, tam fluida, quam solida

et in 2.do propone huius capitis etiam demonstrauimus fuit calo=
re, et frigus mutare gradibus pressionem, et elasticitatem
aeris. sed calor, et frigus continuo mutant ob causas radiorum
solarium, qui ob suas varias durationes, et diuersas obliqui=
tates continuo mutant, unde verum erit igniculos uibrados
a sole in uno tempore esse in maiori, et in alio es=
se in minori; et conz. nunc calor est maior, nunc mi=
nor; ex qua continua mutatione, mutat. continuo vare=
factio aut condensatio aeris; et conz. euidens erit pres=
siones, gravitates, et elasticitates aeris interni, quam
externi corporis mi continuo mutari.

Mutat. etiam pressio aeris non solum a mai, vel mino=
ri temporis duratione solis supra nostrum horizontem uerum
etiam a continuis igniculis, qui repeniunt. tam supra quam
infra terram, quorum igniculi, sicut radij solares uniti par
tibus minimis fluidorum aut solidorum, vapores fumos
et exalationes componunt! Hæc minima composita ved=
dunt per aeres maiores, aut minores pressiones. et conz.
ex tali mutatione pressiones aeris tam extra, quam intra cor=
pus humanum, sicut fluida sive humores in eo exi=
stentes necessario variefiunt, aut condensantur, ex quo
oriz fermentatio, et ex tali fermentatione oriunt. ortia
alia accidentia tam circa sanitatem, quam circa morbos;
eodem modo quo ob eandem continuam pressionem aeris
oriunt. ortia phænomena, quæ quotidie observamus. in aere
et telluris superficie circa uicissitudines temperiem, vege=
tationes plantarum, et circa res alias mutationes provenientes
ex diuersa gravitate, elasticitate et pressione aeris
calidi aut frigidi: ob istas, et alias fluidas causas
producentes varefactiones et condensationes aeris remanet
demonstratum pressiones et gravitates aeris existentis
intra, quam extra corpus humanum.

Propositio IV

Gravitates specificæ, pressiones et elasticitates aeris tam extra quam intra corpus humanum sunt minimæ in principio Estatis, mediocres in principio veris, et Autumni, Maximæ in principio hyemis.

Quoniam Estatis principium è quo sol motu pervenit ad primum gradum cancri quod evenit nobis Jani 21 Junii, tunc sol habet maximam altitudinem horizontalem et conseq. radij solares habent minimam obliquitatem, et dies artificialis est maximus; ex quo sequitur adventum horizontis recipere maximum numerum igniculorum et que summè calidus eo die; unde per propos. 2.ª aer, tam intra quam extra corpus humanum cæteris paribus in principio Estatis, quod evenit fere 21 Junij habet minimam gravitatem specificam, conseq. minimam pressionem et elasticitatem, qd erat 1.º demonstrandum. Quo vero sol ingredit primum gradum libræ, vel 8.um gradum arietis, quod evenit circiter 23 septembris, quo die incipit Autumnus et 21 Martij, qui è initiis veris istis temporibus radij solares habent intermediam obliquitatem inter maximam et minimam altitudinem horizontalem, et tunc horæ diei et noctis sunt æquales. Conseq. calor, et igniculorum est mediocris; unde per propos. 2.ª istis temporibus aer habet mediocres gravitates specificas et conseq. mediocres pressiones et elasticitates; eadem igitur est in principio Autumni, vel veris aeris tam intra quam extra corpus humanum habere mediocres gravitates, pressiones et vim elasticam, qd erat 1.º d.

Denique quo sol è in primo gradu capricorni, tunc incipit hyems, quod accidit 21 decembris fere quo tempore sol habet minimam altitudinem horizontalem, et tunc horam diei artificialis è minimus totius anni. ob hanc causam vis grav. in aeris à sole minimus, ergo igniculorum conseq. in principio hyemis est minimus calor. Unde per propos. 2.ª hoc tempore circiter 21 decembris aer habet maximam gravitatem

specificas, maximas pressiones et vim elasticas, tam intra, quam extra corpus humanum, qd erit ultimo demonstrandum.

Colligitur 2.° gravitates specificas, pressiones, elasticitates aeris tam extra, quam intra corpus humanum inter se differre in varia numerorum igniculorum, qui à sole mai, aut minori vi vibrant in aere. Unde quitate mai, aut minori tempore vibrant in aere. Unde qdo sol suo proprio motu recedit a suo gradu capricorni, hunc incipiunt horæ diei artificialis fieri maiores et radij solares fiunt minus obliqui. Conseq. sequit nus igniculorum; ob quam causam gravitas specifica pressio et elasticitas aeris semper decrescunt usq: ad die 21 ~~decembris~~ Junij, qdo dies artificialis è maximus. e contra ut a 21 die Junij usq: ad 21 decembris, gravitas specifica, pressio et elasticitas aeris semper crescunt usq: ad 21 diem decembris, qdo dies artificialis è minimus.

Adnevtendum tn est supradictas rationes et proprietates circa quantitatem et durationem calorij competere solum habitantibus hemisphærij septentrionalis existentib. in zona temperata et frigida.

Inferitur 2.° aerem ubi terra est arenosa neq: in ea sint fluvij, aut paludes esse calidiorem, et abundare igniculij, et conseq. esse minoris gravitatis specificæ, quam est illa aer, ubi sunt lacus, vel mare; quoniam in istis igniculi à sole vibrati unium minimis partibus aquæ et ~~ipsa~~ vaporationes fiunt leviores, quam est gravitas specifica aeris à quo continuo intrus expellitur tamen vi, quanta est distantia vibratus in aere, et istas minimas partes aquæ mixtas igniculis; ob hanc causam partium minimarum aquæ suscitatæ ascendentium aer reddit gravior, et humidior.

Colligitur denique aerem montanum includere maiores vis igniculorum, quam est vis igniculorum aeris vallium; eo q.° in aere montanum sol continuo per totum die vibrat sua radios, sine igniculos, ac in vallibus ob montium impedimentum aliquo diei tempore radij solares sunt impediti. Conseq. erit, cæteris paribus, aerem montanum esse minoris gravitatis specificæ, et habere minores pressiones, et

minores elasticitates, quas est aeris nativus gravitas, pressio, et elasticitas.

Propositio V

Aer inspirabilis et introducitur per os, et alia foramina cubiti humani cum ipso introducuntur ex exhalationes vapores fumi, igniculi et alia oria minima corpora natantia.

Quoniam ut supra demonstratum est tum in tract: de proprietatibus aeris, quas in supradicti propositionibus aerem inspirabilem ingredientes per os, et reliqua foramina cubiti humani expellere aerem inspiratum nulla alia machina nisi maiori sua gravitate, pressione, et elasticitate, quam est gravitas pressio et elasticitas aeris expirati; sed ita maior gravitas, pressio, aut elasticitas in aere inspirato oriri ex minimis exhalationibus natantibus in ipsomet aere inspirato et constituentibus ipsum aerem inspiratum maiori gravitatis, pressionis, et elasticitatis quam est gravitas, pressio et elasticitas aeris expirati. unde evidens erit ad hoc, ut aer inspiratus ingrediatur corpus nostrum et egrediatur expiratus ita maiores gravitates pressiones et elasticitates habere inspirati. necesse erit quod exhalationes vapores fumi et alia oria innumerabilia minima corpora, quae continuo natant in aere ingrediantur corpus humanum per os, et reliqua foramina cubiti humani simul cum ipsomet aere inspirato quod erat.

Ex hac propositione sequitur. primo aeres ubi sunt minores exhalationes vapores et minores fumi minus ponderare, et cont. in corpore nostro degentibus in aere minori pondere per os, et alia foramina cubiti humani cum aere inspirato minus ponderante minor vis exhalationum et humorum introducitur.

Sequitur 2°, quod quantum dictus ponderum aeris inspirabilis et expirabilis est maior, tantum illi velocitates et motus existentium simul cum aere expirato partes minimae humorum et cont. corporis vis humores, et aer interiores mai velocitates, et motus fermentantur, et eorum partes minimae

minori gravitatis specifice, quod est reliquarum partium
gravitas specifica mai pressione et vi extra corpus hu-
manum expellunt simultaneum aere expirato. ob hanc causam
qui sub humido cœlo, et aere gravioris se somno exponit
periculum vitæ incurrit. nunc in minimæ partes aqueæ na-
tantes in aere in mai no introducunt per os et poros
corporis nostri, cont. humores nostri ab aere inspirato gra-
vioris, qui habet maiores pressiones et mediores vim
elasticam condensant. et condensati causant distillationes,
rugitus et multos alios morbos.

Colligit 3.o cum ex supradictis demonstratis verum sit,
minimas partes natantes in aere sive nocivas
siles sive non, sive sanas, sive morbosas ingredi cor-
poris humani sanguinem et alios humores, et ibi
misceri. ob hanc causam maxima cura adhibenda
est in electione aeris. Tum hanc doctrinam Medici
Diatribiri ita denominati q.o curabant morbos gallicos
unius trium dierum toto illo tempore adhibendo cuticuli suffu-
nigijs continuij muniebant, et gravatos non solum
plingebant cataplasmatibus, ubi ebria involuerunt
ex totto uncto involuebant, ad hoc ut aer inspira-
tus sit sanis exhalationibus, vaporibus, et fumis plenus.
ob hanc causam ab antiquis fuit in usu corporis nos-
tri exercitatio, et presertim post balneum, et minimam exercitati-
onem pili, minimus olei suavi unicositate inunctio-
nem corporis, ita replent poros, ut parum sit com-
ercium inter aerem interiorem, et exteriorem corporis humani,
unde partes humidæ, et ponderosiores natantes in
aere ob restrictionem pororum, quæ antea ob nimium
exercitium, vel causa balnei erant dilatati non in-
troducunt. et cont. humores nostri non reddunt gra-
viores, et densiores, et hæc è ratio quia corporis
unctio fuit apud antiquos maximi in usu tam
viris, quam feminis, ob sanis, quam egrotis ob huge-
nia, quam pulchra, mane, ac vesperi, et prædispo-

corporibus degentibus in humido aere aut crasso.

Colligit 4.º ex tali effectu aeris, qd corpus hominis quo propinquius sit centro telluris eo maior nuy istarum minimarum partium in aere natantium introducit in visceribus suis: ergo aer, quo propior est centro telluris eo maiores nuy exhalationes humorum et fumorum habet. Consequenter habet maiores gravitates, pressiones et elasticitates quas gravitas, pressio et elasticitas aeris qui magis distat a centro telluris, in quo sunt minores fumi exhalationes et vapores, sup. quos reddit aer minus gravis unde cum hy exhalationes diversorum corporum terrestrium, tum fluidorum, quas solidorum ingredintur corpus humanum per pores et veliqua foramina cutis humanae, ut supra demonstratum est: igit. corpus humanum, quo est in mai distan a centro terrae eo maior nuy exhalationes et aliorum minimorum corporum in eo introducunt, et e contra, quo corpus vitae è in mai distantia telluris eo minor nuy istarum minimarum partium introducit.

Colligit 5.º aerem ingredientem per os, et alia foramina cutis, quo magis distare a terra eo minori impetu agere contra humores et partes solidas corporis humani, quoniam demonstratum est praecedente aerem in mai distan a centro telluris habere minorem gravitatem seu impetum vel minori gravitatem, est minor quam est impetus vel maiori gravitatem, ergo aer ingrediens per os, pores, et alia foramina cutis nre, quo magis distat a terra eo minori impetu agit contra humores et partes solidas corporis humani. Ut scire debemus Hippocrates lib. 6 Epidemiorum affert: carnes ex membris et extremitatibus, quae intus sensibiles sunt. quae verba Galenus circumambiente circumpulsum cap. 5.º ubi ait, sicuti minus per ora, cutis et arteriarum, quae in cutem finiuntur, quod habitum et humidum excrementum habent, id excernunt; recipiunt in: et

ambiente aereo non exiguas in se portiones; atq: hoc est, quod Hippo: foras, introq: respirabile corpus esse dixit. hanc interpretationem etiam confirmant ea quæ Hippo: dixit in lib: de alimento, aperens alimenti spiritus principius, nares, os, quatuor pulmones, et reliqua respiratio illius in lib: de natu pueri posteaquam foras a matre spirationes hæ dixisset, et memoriam quod circumdatis ingis et foras spirationis, tractibus esse dixit. hæc Hippocr: de aere per cutem introitu non solus ad Galeno receptus fuit. sed apud eos postea Medicos usq: ad seculum proximum elapsum ita fuit communis ut ab illo in dubium posita sit, sed cum intentione circulationis sanguinis opinatus fuit in contrario. sed nulla repugnantia fit assignari si simul admittatur aeris introductio de sanguinis circulatio; imo potius hæc introductio aeris adiuvat circulationem, ut experientia docet et in subsequentibus demonstrabimus.

Propositio VI

Exhalationes, vapores, fumi, et alia oria minimarum porum introducta simul cum aere inspirato in corpus humanum per os, et reliqua foramina cutis ingressa non habent eandem gravitatem specificam. quoniam exhalationes, vapores, fumi, et alia minima corpora constant ex minimis partibus diversorum corporum terrestrium, vel fluidorum quæ solidorum habentium diversam gravitatem specificam, quæ minimæ partes mixtæ ignicules, et aere varefacto componunt minima corpora varium gravitatis specificæ quam est gravitas specifica aeris. Unde ob hanc causam sursum ad ea de aere gravioris expellunt. conz. evidens est ergo illas minimas partes simul introductas cum ipsum de aere in corpus humanum ingressum habere diversam gravitatem specificam, quam erat demonstrandum.

Propositio VII

Quodlibet fluidum existens intra corpus humanum est compositum ex innumerabilibus minimis partibus ingressis differentibus specie in gravitate pressione et elasticitate. quoniam per propositionem precedentem, exhalationes,

vapores, fumi et alia minima corpora introducta
per aerem inspirantur per poros et reliqua foramina cutis
nostri habentia diversas gravitates specificas. sed hæ minimæ
partes introducunt. etiam cum ipsomet aere gravitione in fluidis
aut humoribus hujus corporis, ut hæsim in propositione 8.
etiam demonstratum fuit. ergo evidens est hic motus
fluida constare ex minimis partibus quæ in se habent
diversas gravitates specificas. et erat demonstrandum.

Veritas hujus propositionis demonstratur etiam ex continuis experimentis quæ observantur a chimicis in dissolutione cujusque fluidi humani in eo inveniunt partes graviores ut sunt sales terra damnata partes phlegmatica et partes minus graves ut sunt olea spiritus et vrulta alia minima quæ mixta igniculis in aere ascendunt. partes vero salinæ et terræ damnatæ sunt graviores licet sint unitæ igniculis non remanent in mai gravitate quia ab alis et ob hanc rem infra descendunt expellendo suum ab alias habentes minores gravitates specificas ut sunt spiritus et olea nostrorum humorum.

Ab aliis operationes chimicæ in dissolutione corporum duorum solidorum quia fluidorum med: igne sed hanc doctrina mechanica facile illiguntur; minimæ n: partes ignis pro sua minima gravitatem tanta vi de momento et pressione gravitatis et elasticitate aeris introducunt intra poros cujusque corporis quanta est differentia inter momentum aeris gravitionis et momentum partium minimarum ignis. unde quo momentum minimarum partium corporis calefacti est maius eo maior tempore dissolvunt. et sunt ab aere habente maius momentum undique expellunt. et tali principio mechanico omnes mirabiles effectus non solum in arte chimica. verum etiam ab illis quæ observantur tam in generatione et corruptione aliorum et regenerabilium quam in mutationibus quæ quotidie de novo generantur in aere.

ex supradicta diversitate gravitatum partium minimarum nostrorum humorum facile etiam illiguntur ab ipsorum humorum mutationes, fermentationes, et partium minimarum expulsiones, quæ quotidie accidunt in corporis humani humoribus

corporis

compositij ex uarijs minimis partibus habentibus diuersam gramitatem specificam, partes n: illæ, quæ habent minorem gramitatem expellunt extemis ab alijs minimis partib. eiusdem humoris habentibus maiorem gramitatem, et hoc fieri non fit sine motu aut fermentatione eiusdem humoris ex maiori uel minori motu aut fermentatione ~~eiusdem humoris~~ ~~ij et ma~~ istarum minimarum partium tum aerij tum humoris habentium diuersam gramitatem specificam oriunt concactio et concoctiones ad sanguinem deducto. ex hac diuersitate ponderum minimarum partium humorum et aerij dependentes inpetus: uatio de expiratio humana, motiones musculorum et imuatio sanguinis a corde uibratus et abipsum et sanguinis per ~~uibratus~~ reditus ad cor humorum segregatio partium corporum: uum motio agilitas, tardities, et alia ad quæ necessaria sunt ad uitæ substentationem. si n: segregationes humorum sanponderum quæ quantitate sint proportionatæ ad uitam et uitæ continuatione nullus morbus erit uariata gramitate pressione et elasticitate aerij necessio uariantur segregationes. unde si hæ plus sunt aut minus, quam sunt necessæ tunc oriuntur febres, uinæ ardores retentiones, ulcera intestinorum, dolores colicii et uesicæ lapides et innumeri alij morbi qui oriuntur ex improportionata humorum segregatione causata a gramitate, pressione et elasticitate minimarum partium ipsorum humorum.

Propositio VIII

Et morbi dicti lunatici et mortes inopinatæ maximè sunt causatæ ex mutatione gramitatis, pressionis et elasticitatis aerij introducti in corpore humano tempore æquinoctij, solstitij, lunæ nouæ, et plenæ. Quoniam ex demonstratis in propositionibus præcedentibus aer continetur in ventris corpus humanum non solum per os, et foramina cutis, uerum etiam per poros ipsius, sed tempore quo sol est in punctis æquinoctialibus, uel solstitialibus et luna è nouæ aut plena tunc è maxima aut minima gramitas, pressio aut elasticitas aerij, ut ex supradictis fuerit demonstratum, et præcipuè in proiectio:

nibus astronomicis anni tertij mutationibus, ibi in temporib.
in aere vibrant. a solis ~~et~~ a luna maximus aut minimus nisi ignicularum vel radij solares sunt minimè inclinati ad telluris superficiem quod euenit quando sol è in punctis æquinoctialibus, cons. ob mixtionem ignicularum de minimis corporum terrestrium partibus introductis simul cum aere in humoribus hæ partes causant maximas vel minimas pressiones impetum elasticitatis et fermentationis in humoribus nisi tempore solstitiorum, æquinoctiorum et lunæ novæ vel plenæ existit maximis aut minimis mutationibus factis in humoribus nihil mirum est, quod tot morbi et mortes inopinatæ ibi temporibus oriantur.

Ex tali mutatione maxima vel minima gravitatis aeris ibi supradictis temporibus facilè illiquet de explicandis phenomena quæ quotidiè observantur et ab auctoribus relata sunt: scilicet ob hanc causam Galenus in lib: de diebus criticis inquit, quod luna in epilepticis regit periodos, et præcipuè luna plena, et novi: Thomas Bartholinus in historia anatomica centuria 2. n.° 72 affirmat se vidisse puellas epilepticas habentes in facie maculas, quæ pro varia lunæ mutatione ob colorem quam magnitudinem variæ erant: Cherchingius observationes anatomica 33 refert quando matrona tempore plenilunij facies rotundas habebat de formosa, sed decrescente luna oculi nasus, os in una parte vertebant: tuncita facies deformata erat, ut matrona illa in publicum prodire non audebat donec iterum luna plena oculi, nasus et os ad proprium situm redibant, et tota facies iterum venustas erat. Baglivus de experim: circa gravitatem sanguinis narrat hominem quemdam habentem fistulam stercoraria in intestino colon crescente luna maiores copias humorum ex ulcere expellere in proportione diei lunæ crescentis. hæc quantitas humorum in proportione lunæ crescentis minuebat, in qua diei luna decrescebant, et ægrotus ex quantitate humorum de-

icentiis, aut crescentibus ff fibulas stercoraria expul-
sa ab ipso observabat sine ullo errore enunciabat
diem lunæ.

Innumera alia exempla afferri possunt quæ ab Ri-
bonicis et Medicis fuerunt descripta et quotidie observ-
antur, præcipue in epilepticis in morbis histericis, in pa-
ralisi in purgatione menstruali mulierum. Si mor-
bi semper fiunt sensibiliores tempore novilunii aut
plenilunii, aut solstitiorum vel æquinoctiorum ita tem-
poribus mulieres copiosius habent purgationes et a
Medicis observatum fuit, quod mulieres quæ sunt pro-
piores zonæ torridæ et æquatori copiosius purga-
tiones habent a conversione quæ fiunt in regionib.
septentrionalib. in quib. sol et luna ob maiorem o-
bliquitatem suorum radiorum vibrant minores vim igni-
culorum minores purgationes habent et fuit observa-
tum ab Hipp: de locis aeri. ob easdem causas mu-
lieres in scythia quæ a regio septentrionali sunt ut-
plurimum steriles.

Sicut mulieres singulis mensibus habent purgationes
ita in aliquibus hominibus sunt periodicæ hemorrhagiæ de præ-
cipue temporib. plenilunii et novilunii eodem tempo-
re hydropicis gravis torquens, et ferè omnes circa ple-
nilunium morientur. eodem tempore furiosi vehementius
insaniunt. et ob hanc causam Britanni 14a luna insanos
maximè verberant. sunt etiam aliqui qui habent sputo
sanguinis constanter in qualibet luna nova et 2.um ob-
servationes medicorum qui laborant ob maximam copiam hu-
moris in cerebro in oppositione solis et lunæ sive pleni-
lunio suffocantur. Est notabile tandem id quod fuit obser-
vatum in Medicina statica a Clarissimo Sanctorio aphor-
65 afferente corpora quoq: uirorum sana et modesto:
uictu utentia singulis mensibus fiunt solito pondere
rosiora unius scilicet, duarumve librarum pondere de
vedeunt ad consuetum pondus circa finem mensis adin-

mulierij. seu facta crisi per urinas paulo copiosiores
vel turbidiores. hus ebitis ab eodem Clarij: dolore obser
vatus fuit in subsequenti aph: 66. afferente antedi:
cbos crisim menstruales a somno dicta, vel gravitas ca
pitis, vel corporis lassitudo pertentis. et deinde paulo
copiosiori urina evacuata ora sedantur.

Hij ne mutationes et morbi, qui accidunt corpori hu
mano contingant tempore Lunæ pono et plenæ solsti:
tiorum, et equinoctiorum. precipue ut sunt mortes ino:
pinate maxime provenientes ex maximo aut mini:
mo, aut efficaciori n°. igniculorum componentium va
rios luminosos, qui continuo micrant. a sole, vel a lu
na tempore solsticiorum equinoctiorum, vel plenilu
nij, vel novilunij. ob hanc causam aer ambiens nra
corpora istis temporibus habet maximas aut minimas
aut efficaciores mixtiones igniculorum. cons. maximas
aut minimas aut efficaciores gravitates, pressiones
aut elasticitates quas premunt corpora nra tam
ex parte cutis exteriori, tas ex parte interiori. et ob
hanc causa maximis mutationibus efficaciores, ut quo
tidie experientia docet.

Propositio IX

Quolibet die et qualibet hora ex accessu et
recessu solis et Lunæ inter se et a superficie
telluris sequitur continua mutatio gravitatis pres:
sionis et elasticitatis aeris ambientis corpora humana.
Quoniam quolibet die et qualibet hora tam sol quam Luna
progressu suo motu accedunt, vel recedunt a telluris centro
ob observationes astronomicas facta sol è in maximo dista
a terra quando est in gradu 10 et min: 47 cancri et in
minima quando è in eodem gradu capricorni. sicut Luna quo
est novilunij, aut plena est in minima distantia a centro
telluris, in mediocri no quando est in quadraturis. unde ex
tali continua mutatione distantiarum solis et Lunæ a cen
tro telluris, necessario oriri maior, aut minor efficacia varia

rum luminis vibrari a sole, vel Luna. cons. igniculi ex quib.
componuntur. isti radij luminosi necessò una die aut hora mi-
nores. unde quantitas exhalationum vaporum, et fumorumque
componuntur. ex istis igniculis unitis partibus minimis fluido-
rum et solidorum combinatis etiam quolibet die aut hora mu-
antur. ergo evidens est gravitatem, pressionem et elasticita-
tem aeris, in quo sunt hæ exhalationes, vapores, et fumi etia-
m quolibet die et qualibet hora variari esse

Oriz. etiam hæc varietas non solum ex motu annuo solis
et ex motu synodico Lunæ. verum etiam ex motu diurno so-
lis, et Lunæ. ob quem sol, quia Luna ab ortu ascendunt
ad meridiem, sive circulum meridionalem et a meridie descen-
dunt ad occasum per totam motum diurnum, seu vapores solares
solares aut lunares semper fiunt minores, et minus obliqui
ab ortu usq: ad meridiem. et semper fiunt magis et ma-
gis obliqui a meridie ad occasum. unde necesse est par-
tes horizontales telluris recipere quo vadij sunt minus o-
bliquis plures vadios luminosos, et cons. plures igniculos, et maiores vel minimarum partium corporis terre-
stris expelli ab aere gravioris; quod idem est, quod sol,
et Luna sunt altiores ab horizonte eo maior nume-
rus exhalationum vaporum fumorum magis in sursum expel-
lunt ab aere gravioris, et maxima altitudo solis et
Lunæ est quo hi planetæ motu diurno pervenientes
ad meridianum. igitur hoc tempore maximè sunt in motu
exhalationes, vapores et fumi. at post meridiem motu ita-
rum exhalationum vaporum, et fumi diminuitur eo ad decre-
scente altitudine solis et Lunæ decrescunt radij luminosi
vibrati in eodem horizonte, ut fuit demonstratum in optica;
cons. decrescunt igniculi, et ob tale motum diurnum ab ortu usq:
ad sol, et Luna pervenientes ad meridianum circulum. verum de-
bent igniculos semper crescere, et a meridiano usq: ad occasum
semper decrescunt. unde ex magis aut minori n.° exhalationum
vaporum, et fumorum necessò mutatur gravitas, pressio, et elasti-
citas aeris, ut fuit demonstratum in prælectionibus de pro-
prietatib. aeris; ergo remanet demonstratum quolibet
die, et hora gravitatem, pressionem, et elasticitatem aeris

diuersas esse et continuè mutari, non solus ob motum pro-
prium solis et Lunæ, quo accedunt et recedunt a tellurij cen-
tro. verum etiam ob motum diurnum, ob quem continuè et qua-
libet momento sol et Luna mutant altitudines horizontales;
ex supradictis demonstrone facile illicitij. id quod affer-
Lunas causare humores non solus in planetij verum etiam
esse fontes ou nostrorum humorum et fluxionum. causa en-
im mechanica huius aphorismi est q. lumen Lunæ
proueniens a sole et reflexum a Luna nitratz ad super-
ficies tellurij. unde hi radij Lunares ppr maiores distantias
debiliores quas sunt radij solares, qui sunt directi et in
minori distantia. insuper superficies Lunæ e multo minor
quas superficies solij, et licet semper in se sit illuminata plus
quam dimidia, non semper ou a nobis videtur tota illuminata.
Unde radij Lunares nitratz ad superficies tellurij semper sunt
in minori n°. quam est nus radiorum solij. conz. igniculi nitra-
ti a Luna per suos radios luminosos sunt valde debiliores
et minores, quas igniculi nitrati a sole, conz. exhalationes va-
pores, et fumi licet ppr igniculos acquirant minorem
gravitatem specificam quam est gravitas aerij. attamen ista
diffa gravitatis inz. aerem, et ipsos humores, fumos, et e-
xhalationes compositas ex minori n° igniculorum lunarium
et partibus minimis fluidorum, aere solidorum minor est,
quam illa diffa quæ intercedit inz. gravitatem specificam
aerij, et gravitatem exhalationum vaporum et fumorum qui
componuntur. non solum ex efficacitatibus igniculij solaribus re-
verum etiam mai n°. et ex partibus minimis fluidorum,
aere solidorum conz. per legem hydrostaticam maiori motu,
et velocitate sursum ascendunt humores exhalationes et fu-
mi compositi ex igniculis lunaribus. ergo mai tempore
durant hæ exhalationes in uno horizonte quam exhalationes
solares. ob hanc causam mechanicam dicit. Luna causare
humores, fluxiones et quotidie experientia constat dori-
mientes sub lumine Lunæ gravedines capitis, catarros
fluxiones acquirere. causa huius effectus è copia humo-
rum existentium in aere, qui ob minores n° igniculorum

non posit iterum velociz. expellere tales humores tanta ve-
locitate, quanta expellunt alij exhalationes habentes maiores
vel igniculorum solarium

Propositio X

Cuiuscumque quadrantis motus solij et Lunæ tempora
determinant. in quibus vibrat maximus, aut mediocris aut
minimus vel igniculorum in aere ambiente vna corpora.
Apud dos Astronomos certus è vt tempora anni solarij
scilicet Æstatis Autumnus hyems et ver dependere ex
motu proprio solis qui suo motu accedit et recedit a
vertice ex quo accidunt et recedunt anij. maior aut mi-
nor calor aut frigus quo n: sol è proximior vertici eo mai-
ore tempore durat supra vrtis horizontes et conij. suij radij mai-
ore vel min. igniculorum vibrat in aere ambiente vna corpora.
quo n: sol maxime accedit ad punctum verticale quod
euenit circiz. 21 Junij tunc vt supra demonstratum fuit illo die
sol vibrat maximum vel igniculorum et incipit tempus æstiuum.
quo vero sol maximè distat a puncto verticali capitis nostri
quod accidit quo sol è sub primo gradu capricorni scilicet
circiz. 21 Decembrij tunc incipit tempus hyemale. denuq:
quando è in primo gradu Arietis incipit ver, et intrante
sole in primum gradum libræ incipit tempus autumnale
hoc incipit et euenit circiz. 21 Xbris, illud vero circa 21
Martij.

Licet sol per proprium motum in Eclyptica è causa
hyemis veris æstatis et autumni, ita pariz. Luna per
motum synodicum hoc idem efficit non ex accessu et re-
cessu ad punctum verticale capitis nostri, sicut de sole dictum
est. sed crescente et decrescente eius lumine fieri e-
uenit. sicut annus solarij diuidit in quatuor supradictas
partes, ita pariz. mensis synodicus Lunæ, vt asserunt
è a Ptholomeo diuidit in quatuor partes. in prima quarta
parte post coniunctionem Luna efficit maximas humiditates.
in 2a. calores. in *3a. frigiditates. *in 3a. siccitates. Ratio huius
Ptholomei aphorismi est, q. in primo quadrante Luna vibrat
minimum vel igniculorum; in 2o. maximum, et in alijs medio-

cretum.

Ad determinandas 1.° quantitates igniculorum, qui vibrant a sole dependent. ex suis radijs luminosis in uno quoq: quadrante motus solarij debemus sumere octavam partem totius anni, qui continet dies 365, horas 5, et min: 49 quoto: porro sol reverterit ~~totus~~ ad Ecliptica. Hæc octava pars anni continet dies 45 horas 15 et min: 43; unde si sumantur ante et post solstitium æstivum, qd evenit circiter 21 Junij, dies 45, horæ 15, et min: 43, o[illegible] hi dies horæ et minuta scilicet dies 91, horæ 7, et min: 26 constituunt quartam partem motus solarij unius anni quo tempore sol vibrat maximus nus igniculorum; similiter si sumantur dies 45 horæ 15 et min: 43, tam ante quam post solstitium hyemale in ijsdem quarte parte anni sol vibrat minimus nus igniculorum; in alijs uo diebus quadrantibus anni solarij continentibus dies 45, horas 15, et min: 43 tam ante quam post æquinoctia quod bis accidit in anno circiter 21 Martij, et 22 Septembrij, istij quadrantib. sol vibrat mediocre nus igniculorum

Non dissimile vere de quadrantib. Lunæ, quæ per dies 3 horas 16, et min: 35 ante et post plenilunium constituentes unam quartam partem motus synodici dierum 7 horarum 9 et min: 20 istis diebus horis, et minutis vibrat maximus nus igniculorum. at uo post dies 7 horas 16, et min: 35 ante et post novilunium constituentia unam quartam in istis diebus horis, et minutis vibrant minimus nus igniculorum; in alijs uo intermedijs quadrantibus eadem methodo computabis Luna mediocre igniculorum nus in aerem vibrat; cum remanet determinatum, in quibus quadrantibus anni sol vibrare mediocre nus igniculorum in quo maximus, et in quo minimus; hoc idem determinare est in quadrantibus mensis Lunaris synodici.

Non satis proponit doctrina Galeni per octavum librum 3.m de diebus decretorijs finem assignat principium causas et mala ex accidentibus, quæ in corpore humano

tam sano, quam morboso accidunt esse radios solares, et lu-
nares; Galenus in non determinat quam proportione et
ratione mechanica hæ motiones in corpore humano eueni-
rent. ille uero qui fundit hunc librum tertium explicaueri-
lit solas leges mechanicas à nobis demonstratas in prælectio-
nibus tri statica, quas hydrostatica, et aliquas aspectiones traditas in hoc
lib: 3° circa solis et lunæ radios luminosos clarè et demonstra-
uè illigit. quoniam ob operones notabiles et effectus, qui mech:
anici radijs solaribus, et lunaribus a sole, et luna euenirent
quolibet momento temporis in corpore humano tri sano, quam
gyrotanea. Insuper ob augmentatio et diminutio, atque diui-
sio corporum tri fluidorum, quam solidorum quæ motiones com-
muniter causantur a calore uel frigore diuersis. Iunt tri effe
ctus prouenientes a maiori uel minori n° igniculorum proue-
nientium uel a radijs solaribus uel lunaribus uel ab ignibus
terrestribus. hi igniculi maiori uel minori n° introducti
in corpore humano causa profectionis gravitatis, et elasti-
citatis aeris, uel causa potus et cibi producunt ob fermen-
tationes siue sanas siue morbosas in corpore humano. ob hanc
rem Galenus in lib: supra cit: cap: 2° dixit. = Necessum
est Moderatorem existens sol ipse est, nam uenis, gyrotanis aucto-
ritas hyemis Auctor non est alius magis uo sunt etiam
lunæ in hæc inferiora uires, et effectus uarij, et aperto in a-
nimantibus, ac potissimus in mentis, deprehendere licet,
sed profectò hæc ipsum quod habet a sole habet. =

Ex omnibus supradictis tri in iis quæ in alijs propositionibus
huius primi capitis, remanet fusius, et clarius demonstratum
uerum esse nostra corpora tri sana quam gyrotanea maxi-
mè pendere ex igniculis uibratis a sole, et luna tum
etiam ab ignib. terrestribus, qui uniti minimis partibus flui-
dorum aut solidorum, illos reddunt minori gravitatis specifica
quam è gravitas aeris, uel humorum corporis mi; inde est
aeres sua mai gravitate ipsas minimas partes sursum
expellere et eas introducere in corpus humanum ex qua
introductione omnis fermentationes humorum et alia motio-
nes tri solidorum quam fluidorum componentium corporis tri
in bona quam in mala valetudine, et præcipuè hæmu:

bones et fermentationes eueniunt quando sol è in punctis solstitialibus, Luna uero nouae aut plenae.

Caput II

De propriet abibus insensibili perspirationis quae continuò expellitur ab huius corporis mechanicè demonstratio.

Hactenus de affectibus aeris ambientis et ingredientis corpus humanum dictum est. in hoc ito cap: de affectibus aeris in ordine ad insensibilem perspirationem quae continuò egreditur ex corpore nostro hoc n: nihil aliud est, quam insensibilis materia exhalationis de foraminibus cutis humanae expulsa ab humoribus et a cibis potibus tam fluidis, quam solidis componentibus corpus nostrum in propositis istius capitis demonstrabitur huius materiae perspirationis proprietates, scilicet vario mechanica quae fiat insensibilis perspiratio ex eius atmosphaera, qua ratione deducit eius densitas affectibus caloris et frigoris in perspiratione aliquantum uires, sine momento, tam perspirationis ratio, quam motibus numeranda minimae partes in dato tempore perspiratae et alia proprietates methodo geometrica et principiis mechanicis demonstrantur. quibus notis clarè intelligentur aphorismi medicinae statica a Clariss: Sanctorio deducti a suis experimentis spatio triginta annorum

Propositio I.

Ratio mechanica demonstratur qua generatur insensibilis perspiratio ex eius atmosphaera corpus humanum ambiens

